N 48.

Omnis spes, quæ adhuc erat ratione exsolven-
dorum in Saxonia quinq; millium talerorum nun-
dinarum Lipsiensium festi Paschatos termini,
jam plane cessavit, quando mercatores Lipsien-
ses quibus receptio eorum erat commissa, assigna-
tionem ad Generalem Accisæ Cassam et quieta-
tionem meam desuper, mihi remiserunt, eo cum
responso: Non esse nunc pecuniam ad exsolutio-
nem eorum, in futuris Nundinis Lipsiensibus festi
S. Michaelis videre vellent ut exsolutio subse-
quereturr. Exinde sufficienter patet, qua ratio-
ne Ministri Saxonici, parum considerent ea quæ
inter S. R. Majestatem et me, Regi placuisse tran-
sigi dicuntur, siquidem non solum documenta
originalia partis Regiæ, licet ex mea parte omnia
præstita quæ desiderabantur, inducusq; mihi ex-
tradere nolunt, nec assignatio mihi Regia trans-
mittitur ad Magistratum Gedanensem pro exsol-
vendo iminente jam propediem termino festi S. Joan-

nis mihi soli assignato; verùm etiam præfatus
Lipsiensium nundinarum terminus non exsolvi
tur, quem cùm subsequenti festi S. Michaelis
sic insimùl decem millia talerorum, exsolver
eò magis procùl dubiò difficultabùnt, ez sic
omnia transacta invertuntur. Rogo itaq Illm
Vestram Excellentiam quam instantissimè, eâ qu
pollet authoritate S. R. Mti Domino Nostro Clemen
tissimo Sacre meliori exponere remonstrareq
Mari velit modo, ut originalia illa document
tandem mihi extradantur, assignatio Regia ad
minum S. Ioannis Civitatis Gedanensis, mihi tr
mittatur, ac etiam illa quinq millia talerorum i
Saxonia, consequenterq constituti termini omn
nò exsolvantur, aut redditâ mihi, transmissâ
illisq extraditâ recognitione meâ, negotium
anteriori S. R. Mtis obligationum Contractusq
fundamento, remaneat atq redeat. Pro eliberan
da tandem aliquando misera Curlandia, ac promissam

mihi Illmæ Vræ Excellæ benignissimam applica-
tionem, ita esse jam in conferentia S. R. Mtis cùm
S. Caarea Mtè factam, ut ejus exoptatum effe-
ctum proximis resciendum, mihi appromitto, quô
insimùl benevolam etiam ad reliqua mea perscripta
desideria, responsionem expecto Illmæ Vestræ
Excellæ, Eamq divinæ comendo protectioni, ac
coeterum cùm apprecatione optimæ valetudinis,
cunctaq desiderabilis prosperitatis atq rerum
omnium auspicatissimi successus, ad quævis præ-
standa reciproca officia obligatus, omni prompti-
tudine incessanter maneo,

Monseigneur

de Votre Excellence
le tres humble tres obligé
Serviteur

Gedani die 20. Junij.
1711.

Ferdinand, Duc de
Curlde